

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia  
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1634**

30. De concitando Odio & Iracundia.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

confessus grauissimo Senatus lachrymas non tenuit.

Hipponas Poëta cum esset singulari oris deformitate, idēque à ludibridis pictoribus depictus, & in derisum publicum propositus, adē excanduit, ut derisionis authores impulso: èisque, furoso carmine ad suspedium adiugeret. Pauperes vero gratius contemprum fecerunt, si ante diuites extiterint, & cō miseratum delapſi, a suis etiam despiciantur. At milites, & poëtæ, ceterique scriptores, ipsi etiam opifices, facilimè stomachantur, si in ijs quibus florere se laudibus cupiunt, parui peradantur. Sub Boleslao III. Polonorum Rege, Palatinus quidam Polonus, cui Rex in opprobriū ignauia, leporis pelle, colum, & fulū misserat, tam iniquo cultu animo, ut sibi ipsi violentas afficeret manus.

Herodes Atticus; cū adhuc adolescentes eoram Antonino Imperatore perorans, prætimore & concurbatione mentis obmutuisset, contemptum veritus, pene se in Istrum desperatione proicit

Titus Labienus ingenio suo superstes (ut ait Seneca) esse noluit, sed eius libris ex S. C. combulisti, utrō se in maiorum suorum monumenta fetri atque includi voluit. Tanta crux est gloria, cupidis despiciencia.

Quinam; vehementius irritantur qui præter expectationem offenduntur, maximè ab ijs quos sibi beneulos & amicos fore existimabant. Sicut eam insperata boni species, vbi primum obiecta est, maiori iucunditate sensus perfundit: sic etiam doloris minimè expectati gravius percillit iniuria.

Ad sumnum enumerantur, qui certis quibusdam horis & temporibus turbari, &, ut marria, ventis cieri commoveri que solent:

Nec satis fuit Aristoteli, hæc in genere enumerasse: septendecim deinde cauſas specie prosequitur, c̄ quibus excitari constat, que solita est iracundia. Hæ sunt, subsummatio, illatio, detrimentum contumeliosum, maledicē, amicitia despiciens, consuetudo honoriandi omisi, ingratianī signum, nulla existimatio, officium sacerdotum, gaudium in adversis, neglectus, auscultatio aut inspectio maiorum, despiciencia in rebus caris, nulla gratiarum actio, dissimulatio, beneficentia in alios, & non in ipsos, obliuio; ad summum contemptus apud eos à quibus gratiam & famam colligere qui irascuntur, vehementer cupiunt.

Ad hæc cuiusque ingenium, natura, temp̄ies, ætas, conditio, diligenter erunt consideranda, ē quibus plurimum momenti in iram derivatur. Non opus est in his immorari pluribus, nimis multæ causæ sunt, & nimis promptæ, quæ iratos faciunt; longè opportunius est detractiōne, & moderatione huius affectus disserere.

### De concitando odio, & iracundia.

#### CAPUT XXX.

**H**æc erunt igitur capita, per quæ odij & iracundia vis facile inardescet: nunc autem modos & exempla, affectuūque in eo generare varietatem exequamur.

Primum artificium est Oratoris ad animos iam suspicionibus exulceratos, & mediocriter inflexos, accedere quo facilis motus concipient. Ut enim in corpore humano, si ad humores male affectos, ipsa & celi ratio atque intemperies accesserit, tanto citius vis morbi inualescit: Sic animum præijs iam simultibus leviter occupatum, vel ad eas ipsas suscipienda, natura atque ingenio dispositum, actioris flammæ vis corrigit, correptumque facilis incendit.

Hoc M. Tullius in accusatoribus Deiotarā animaduererit; qui cum ad ulceratas Cæfaris aures accessisset, eas in tranquilla etiam mente similitates excitaret, quas vix disertissimi oratores facundia potuit restinguere.

Secundò: Ipsius personæ qua damnum intulit, species quædam indigna, atroc, crudelis, funesta, quantum res patitur, exprimenda est, quo iniuria quæ inde profecta fuerit, grauior & minimè toleratur.

Tertiò, eius ipsius qui læsus est, ut occurrerit, comparanda critiancentia, virtus, sapientia, conditio, dignitas, cum personæ quæ læsit, improbitate, scelere, barbarie, indignitate.

Quartò, iniuria illata per graues hypopytes oculis subiicienda, sublimibus figuris, & exclamationibus apostrophis, prosopopœias, aganacteis, & ceteris erit excitanda.

Quintò, comparatione minorum factum erit exaggerandum, & varia exempla etiam magnarum iniuriarum colligenda, quæ cum hac vna improbitate collata, longè minora videantur.

Sexto,

Geomer. l. 6.

Philof. in Hirodo.

Magna crux gloria, despiciencia.

Causa ira- cundia 17. ab Aрист. nis.

Sextū, non modū præsentis mali vis erit  
erit commemoranda, sed etiam futuri, si talis  
iniuria fuerit impunita; terror ex varijs adiu-  
atis incutieundus.

Septimū, si qua externa species animos irritare acrius potest, tempore & loco erit adhi-  
benda.

Octauū, si suspicio sit affectati motus, aut  
animi priuato odio iniquè affecti, sive lente,  
remisse, callide oratores progreedi solent, &  
simplicem magis rei narrationem quam ullam  
amplificationem pertinere.

Nondū, permagna habenda est rerum, perso-  
narum, locorum, temporumque ratio, ut pro  
istorum varietate motus aut sine acuti, aut le-  
nes, aut mediocres: nec sunt comœ iracundi,  
nec muliebres, nec tragicis minis & doloribus  
intemperantes.

Dicimū, curandum est ut orator decorum  
personæ retineat, neque ipse actione intempe-  
rante abutatur: quæ omnia pleniū exemplis  
illustro.

Quomodo à personis, rebus, & signis, concinetur  
iracundia.

## CAPUT XXXI.

Civ. de Ha- PErsona in odium adducitur à vitijs animi  
eup. ref. & corporis, atque ipsius conditionis indig-

nitate. Is Ciceronis modus quam optimus mihi videtur. Et enim si vauum hominem detri-  
mum, poëta præstanti aliquis ingenio, fictis  
conquistisque vitijs deformatum vellet edu-  
cere, nullum profectū dedecus reperi pos-  
set, quod in hoc non inesset, multaque in eo  
defixa, ac penitus harentia præteriret. Apposi-  
tum initium, pergit, & ad commouendos ani-  
mos deterrima affecta, contra Deos, pati-  
am, parentes, quæ homo ille perpetrauit: Dij, (inquit) immortib[us], & patriæ nos primū  
natura conciliat: eodem enim tempore, & sus-  
cipimus in lucem, & hoc spiritu cœlesti augen-  
mur: & in certam sedem ciuitatis ac libertatis  
ascribimus: Ille parentum nomen, sacra, me-  
moriam, Fontianum nomine obruit, Deorum  
ignes solemnes, mensas, abditos ac penetrales  
focos occultat, & manibus non invisa solum,  
sed etiam inaudita sacra inexpiabili scelere  
peruerit; idēque earum templum inflam-  
mauit Dearum, quarum ope etiam alijs incen-  
dijs subuenitur. Quid de patria loquar, quæ  
primum eum ciuem vi, ferro, periculis, vrbe,  
omnibus patriæ præsidis depulit, quem vos  
patriæ conseruatorē esse sèpissimè iudicaue-  
ritis, &c.

Hæc oratio grauis est, distributa, & pede-  
tentim exaggerata. Audi iam Gregorianæ elo-  
quentiæ fulmen, ut Cappadoccem describens,  
ia odium adducat.

Gregorius Nazianzenus Orat. XXI. in Athanasium.

**T**έρας ἦ Καππαδόκειον, ἐκ Τέσσαρων  
κατεργατῶν ὄρμώνιμου, πονηρὸν τὸ γένος,  
πονηροτερὸν τὴν δίδυναι, ὃνδε πα-  
τεῖλος ἐλεύθερον, ἀλλο ἐπιμικτόν, οἷον τὸ  
βιούν γενάσκομεν τὰ δια πρόστα Σατῆν  
ἀλογίας δοῦλον, καὶ μάχης ἔνοι, πάντα  
καὶ ποιεῖ καὶ λέγει εἰπε τῇ γαστρὶ μεμαθ-  
κός, τὰ τελευταῖα δὲ, καὶ πολιτεία παρε-  
σφαρέν, καὶ πιστεύει τεύχεις τὰ ἰσχατα,  
ὅπερ δέσιον κρεῶν ὑποδοχέα γενέσθ, οἷς τὸ  
σπαριωτικὸν θέρεται. Εἴτα χρεὸν περὶ τού-  
τον γενόντων, καὶ τῇ γαστρὶ πολιτευτάμενον  
ἐπειδὴν τὸ σῶμα ὑπελείπετο μόνον. δρα-  
σμὸν οὖνται, καὶ ἀλλοι δὲ ἀλλοι ἀντίστοι-  
χόρων, καὶ πέλιν. (οἷα τὰ τὴν φυγάδεων) τὰ δέ

**C**appadocia quoddam monstrum, ex viti improbi-  
mis terræ nostræ finibus oriendum, ma-  
scriptum.  
Ium genere, animo peius, ne omni qui-  
dem ex parte libertum, sed dubium ac perni-  
xitum; eiusmodi mularum genus esse constat;  
primum alienæ measæ mansipum, arque offi-  
ciale, siue comparatum & edictum, ut o-  
mnia ad ventris gratiam tum faceret, tum lo-  
queretur; tandem cum ad Rempubl. gerendam  
pelliseret se contulisset, atque extreme & spu-  
didissimo illius muneri, hoc est, suillis cacis-  
ibus, quibus turba militaris alitur, suscipiens  
præfectus fuisset, atque in commissio libi nego-  
tio infidum se præbuisse, totamque mun-  
eris sui administrationem ad ventrem retulisse-  
set, posteaquam nihil illi præter corpus reliqui  
fuit; profugiendi consilium capit, atque aliam  
ex alta regionem, ac ciuitatem (ut fugitiuorum  
mos